

67

X

In
m

BIBLIOTECA
 DE LA
 UNIVERSIDAD DE SALAMANCA.


Sala Est. Tab. Núm.

12
fe-
nes)
r
cd.



180

2 - 12 - 9 - 12



f. p. de la Victoria / fern Ant^o mo



I
00180

Brenis ac perutilis cōpilatio Alfra
gani astronomoz peritissimi totū id
continens quod ad rudimenta astro
nomica est opportunum.

num. 36. cap. 8. num. 3.





Hic liber diuisus est in triginta differentijs.

Differentia prima. In annis arabum et Latinoꝝ et nominibus meꝝ suꝝ eꝝꝝ et diuersitate quaz habent ad inuicem in cōmemoracione annozꝝ eꝝꝝ.

Differentia secunda qꝫ celum sit ad instar spbere in rotunditate sua cū vniuersis syderibus que in eo sunt.

Differentia tertia qꝫ terra cum vniuersis partibus suis tam terrestribus qꝫ marinis sit ad instar spbere.

Differentia quarta qꝫ spbera terre sit fixa in medio spbere celi vt punctus. et quantitas eius erga quantitatem celi sit sicut quantitas puncti erga totum circulum.

Differentia quinta In vtriusqꝫ motibus primis celi quozꝫ vnus ē motus totius ab oriente. s. in occidentem per quē sūt dies et nox et alter motus planetarū quo mouentur ceteri ab occidente in orientem.

Differentia sexta In descriptōe quarte partis terre habitabilis et vniuersozꝫ accidentiꝝ eius ex volubilitate circuli et diuersitate diei et noctis.

Differentia septima In proprietate diuisionis quarte partis terre habitabilis in recordatōe locozꝫ eius super que oritur sol mensibus et non occidit. et occidit et non oritur.

Differentia octaua In fractionibus mensure terre et in diuisione. 7. climatum habitabilium eius.

Differentia nona In nominibus regionū et ciuitatū tre notarū et quid sit in vnoquoqꝫ climate eius.

Differentia decima In ascensionibus signozꝫ et diuersitate eꝝꝝ in circulis directis qui sunt circuli emisperiꝝ linea equinoctialis. et in circulis declinibus qui sunt circuli emisperiꝝ climatum.

Differentia vndecima In quātitate temporū diei et noctis et diuersitate horarū equalium siue inequalium.

Differentia duodecima In descriptione figuraz circuloꝝ planetarū in ordine earū et in elongatione eꝝꝝ a terra.

Differentia decimatercia In descriptōe motū solis et lune ac stellarū fixarū in circulis versus orientem vel occidentem qui appellantur motus longitudinis.

Differentia decimaquarta In narratōe motus planetarū. s. erraticorū in circulis suis in longitudine.

Differentia decimaquinta In eo quod accidit planetis. s. erraticis de retrogradatōe dum mouentur in circulis signorum.

Differentia decimasexta In quātitate circloꝝ planetarū qui vocātur circuli breues erga circulos egressarū cuspidūz et longitudine punctoꝝ egressarū cuspidum a puncto terre.

Differentia decimasextima In orbibus planetarū in circulis suis et in circulis signoꝝ.

Differentia decimaoctaua In narratōe motuū stellarū fixarū atq; erraticarū versus septentrionē et meridiem qui appellat motus latitudinis

Differentia decimanona In numero stellarū fixarū atq; descriptione earum secundum quantitatē magnitudinis earū et narratōe locoꝝ maximarū ipsarū in celo et sunt quindecim stelle.

Differentia vigesima In figurationib; syderū que appellantur mansiones lune et sunt vigintiocto.

Differentia vigesimaprima In mensura planetarū erraticoꝝ et stellarū fixarū a terra.

Differentia vigesimasecūda In mēsure quātitatis planetarū ceterarū et stellarū et quātitatis mēsure terre erga quātitatē vni; cuiusq; eorum

Differentia vigesimatercia in diuersitate que accidit inter stellas et g. earū in circulo signoꝝ dū fuerit in medio celi et i suo ortu vel occasu

Differentia vigesimaquarta In ortu et occasu planetarū et occultatiōe eorum sub radijs solis.

Differentia vigesimaquinta In ortu lune et magnificatiōe siue diminutione sui luminis.

Differentia vigesimasexta In ortu. s. planetarū de sub radijs solis.

Differentia vigesimaseptima In eo quod accidit lune et stellis propinquoꝝ terre de diuersitate aspectus.

Differentia vigesimaoctaua In eclipsi lune.

Differentia vigesimanona In eclipsi solis.

Differentia trigesima In quātitate ipis quod est inter duas eclipses.

**Alfragani Astronomi Differentia
prima in annis Arabum et latinoꝝ.**

Numero mensium Arabum et latinoꝝ est duodennus: menses Arabum incipiūt ab Almubaram qui est. 30. dierum. secundus est saphar et est. 29. dierū. et sic de ceteris vnus semp ex. 30. et alter ex. 29. fiunt itaq; sex menses perfecti et sex imperfecti eruntq; dies anni. 354. per numerū absolutū idest sine fractione: enumeratis autē fractionibus augentur sup dies anni in omnibus. 30. annis vndecim dies: fitq; portio vnus anni in quo restaurat hec fractio. Ex his diebus quinta et sexta vnus diei sicq; fiūt dies anni certissime. 354. et quinta et sexta pars vnus diei. fiuntq; menses anni in quo restaurat hec fractio. 7. perfecti et. 5. imperfecti. Numerus autē dierū horū mensū accipit per numerū certissimū de cōiunctōe solis et lune per mediū cursū eorū. sed per visionem lune noue per augmentatiōem et diminutionē sit diuersus. quia possibile est vt sint menses perfecti succedentes se: et similiter imperfecti. Accidit enī vt non semp sit primus dies mensis per numerū et per visionem idem idest per motū verū v. l. visum. Accidit autē quōq; vt sint idem cum fuerint equati per longitudinē tempis. Sciēduz autē est qd dies Arabum quibus numerant menses sunt septē. Primus dies dñicus incipit a tempe occasus solis die sabati et finit tempe occasus in die dominica et similiter de alijs. incipiūt ab occasu solis et desinūt in occasu solis. Posuerūt enī Arabes incipiū cuiuslibet diei cum nocte sua ab hora occasus solis. eo qd dies mensis accipiūtur ab hora ortus lune: et ortus lune sit tempore occasus solis. Apud grecos vero et romanos et ceteras gentes qui non vtūtur in mensibus suis visione lune dies precedit noctem idest sit incipiū vnuscutusq; dierū cum nocte sua ab ortu solis vsq; in ortum solis sequētis diei. et arabes incipiunt menses suos a luna et annuz a sole. Nōmē vero annoꝝ siue mensū grecoꝝ vel egyptioꝝ et aliarum gentium pretermisimus. quia iam alibi de eis tractauimus.

Differentia secūda de hoc qd celū est secundum similitudinē sphere et reuolutio eius cum omnibus que sunt in eo est secundum reuolutōez sphere.



11
Nulla diuersitas est apud sapiētes q̄ celum sit ad instar sphaere: et voluatur cum omnibus stellis que in eo sunt vt sphaera super duos axes immobiles. quorū vnus est versus septentrionem et alius erga meridiem. Et iudicium huius rei est q̄ vniuerse stelle orie in oriēte eleuant paulatim vno scilicet ordine in motibus suis et in quātitatibus suorū corporū. In longitudine quoq̄ eorū ad inuicem donec venient ad mediū celi deinde descēdentes petunt occasum eodem ordine. Videturq̄ motus earum in volubilitate equalis idest quedam earū in directo aliarū. Motusq̄ earū in velocitate et tarditate non sit diuersus ac si essent iuxta in medio sphaere voluentis eas vna volubilitate. Manifestius quoq̄ iudiciū est atq̄ apertius quo firmamentū est in cogitationibus eorū q̄ figura celi esset vt sphaera quod videtur de volubilitate stellarū que sunt semper in exteriori parte eius super terram in climatibus septentrionalibus. vt capricornus et alpharkadam idest due stelle lucidiores in vr̄sa minori. et banethas idest filie feretri que sunt stelle vr̄se maioris. et quicquid fuerit prope has stellas. videntur enim he stelle volui in circulis ex directo sui inuicem positis ac si vniuerse voluerent in circuitu vnus puncti ita vt quicquid earū fuerit prope ipsum punctū voluat in circulo paruo et videtur motus eius tardior. Quicquid vero fuerit plus longitudine a puncto videt moueri in circulo maiori circulis stellarū propinquarū. et motus eius videtur velocior motu earū fm quantitatē magnitudinis circuli earū et longitudinis eius ab eodem puncto donec pueniat longitudo ab eodem puncto in stellis que occidunt in terram. Quicquid ergo stellarū fuerit propius eidem puncto erit mora eius super terram donec occidat maior. et mora eius in occasu sub terra donec oriatur minor. et quicquid earū fuerit plus longitudinis erit tēpus eius apparitionis minus. et tempus eius occultatōis plus. Volubilitas autē vtriusq̄ eius scilicet quod occidit erit equalis non occidenti in vno scilicet tempore. et in vna rectitudine non excedunt se ad inuicem: ac si volueret ea vna sphaera. necessario ergo accipitur q̄ ipse punctus ē vna arx sphaere. hoc igitur est iudiciū manifestius omnīū quo accipitur q̄ celum sit simile sphaere. et q̄ volubilitas eius sit sicut volubilitas sphaere.
Et iterum si esset celum planū vel extensū quēadmodū quidam dixerunt oporteret vt partes celi a nobis non essent vnus longitudinis.

Sed pars celi que esset in directo capitis nostri esset propior nobis. quicquid vero esset remotum versus partes emisperij esset maioris longitudinis. deberemus quoq̄ videre solem et lunam ceteraq̄ sidera tempore ortus sui in oriente modica et minus lucida propter longitudines eorum ab aspectibus nostris. deinde non cessarent augmentari donec appropinquarent medio celi. quia tunc appropinquarent aspectui nostro: et similiter minorarentur in discessione sua versus occidentes. minuerenturq̄ paulatim donec occultarentur a visu et anullarent. sed nihil horū videmus imo videmus quātitates eorū in oriente et occidēte maiores q̄ in medio celi. Et videmus solem tempore ortus sui: cum fuerit scilicet initium corporis eius in circulo emisperij quasi paulatim abscindi donec occidat finis corporis eius et similiter luna. Quod autem videtur de augmentatione magnitudinis eorum in oriente et occidente: non ideo fit q̄ ibidem sunt propiores nobis q̄ in medio celi. Sed vapor qui eleuatur a terra et frequēter accidit visui nostro idest ingreditur inter ipsum et circulum emisperij ostenditq̄ eos nobis maiores maxime cum accidit aeri vapor maxime humiditatis: quēadmodū fit in diebus hyemis et post pluuiam. tunc enim sol et luna tempore ortus sui et occasus videntur magni valde. Et similiter si aliquis proijceret aliquid in profundū aque clare videtur illud maius sua quātitate certissima. et quanto plus aqua esset clarior quanto esset profundior tanto maius videretur illud quod esset in eius profundo. hec est causa magnitudinis planetarū in circulo emisperij.

Differentia tertia q̄ terra cum omnibus suis partibus terrestribus et marinis est ad instar sphaere.

12
c
Inuenerunt quoq̄ sapientes q̄ terra cum vniuersis partibus suis tam terrestribus quā marinis sit similis sphaere. Cuius rei iudicium est q̄ solis et lune et ceterorum ortus et occasus non inuenitur super vniuersas partes terre in vno tempore. imo videtur ortus eorum super loca terre orientalia. Ante ortum eorum videtur super loca terre occidentalia.

a. iij



et hoc patet ex accidentibus in sublimi . quia videtur tempus eiusdem
 accidentis diuersum in plagis terre diuersis vt eclipsis lune que cum
 obseruata fuerit in duabus regionibus in oriente et occidente a se remo-
 tis si inuenitur tempus eiusdem eclipsis in orientali earum vt puta su-
 per tres horas noctis inuenitur in plaga occidentali super minus tri-
 bus horis sicut quantitatez spacij quod fuerit inter vtrasque regiones in
 longitudine. Indicatque augmentum horarum in regione orientali quod occi-
 dit sol in ea ante occasum suum in regione occidentali. Similiter si quis
 inspiceret ortum alicuius magni sideris sciretque tempus quod est in du-
 abus regionibus a se longinquis quemadmodum diximus. Inueniretque
 horas regionis orientalis plures horas occidentalis regionis. Inue-
 nit quoque hec diuersitas temporum in vniuersis plagis terre habitabi-
 bus inter orientem et occidentem sicut quantitatez spacij quod fuerit inter loca
 vno modo . scilicet in longitudine. Et similiter inueniunt inter loca a se inuicem
 longe remota versus septentrionem vel meridiem . quia si abiret aliquis
 in terra a meridie versus septentrionem videbitur sibi versus septentri-
 onem quod quedam stelle quibus erat occasus efficiuntur sempuerne appari-
 tionis: et sicut hoc occultatur ei versus meridiem quedam sidera quibus
 erat ortus efficiunturque perpetue occultationis vno . scilicet ordine . Demon-
 strant itaque vniuersa que narrauimus quod superficies terre sit rotunda :
 et quod terra sit similis spheri . Item si esset terra plana vel extensa non
 accideret ei aliquid de hoc quod narrauimus . et esset ortus siderum super
 vniuersas terre partes in vno tempore . Et si aliquis abiret in ter-
 ram inter septentrionem et meridiem non occultaretur ei aliquid ex si-
 deribus que semper apparerent . nec appareret ei aliquid de hijs que sem-
 per sunt occulta .

**Differentia quarta quod terra sit fixa in medio celi sicut centrum . et quan-
 titas eius vt punctus respectu celi .**

**Iudicium quo probatur quod terra sit in medio celi : est quod
 precessit de narratione nostra in longitudine stellarum . et
 quod corpora vniuscuiusque earum videntur in vniuersis plagis
 terre vnius quantitatis . Indicat itaque hoc quod longitudo**

que est inter celum et terram in vniuersis plagis terre sit eiusdem quan-
 titatis . et quod necessario sit terra in medio celi . Manifestius et hoc iu-
 dicio accipitur quod si terra non esset in medio celi sed appropinquaret
 vni loco eius magis quam alteri oporteret eum qui moratur in directo
 loci celo propinquioris videre minus medietate eius semper . Et simi-
 liter ei qui moratur in loco a celo longiori plus medietate eius sem-
 per : et hoc fit diuersum ab eo quod videtur . quia vniuersis homini-
 bus in vniuersis plagis terre apparent sex signa et occultantur sex .

Et hoc etiam est iudicium quod paruitas terre erga celum sit similis
 quantitati puncti erga celum . quia si esset magna quantitas eius erga
 celum vniuersi qui sunt super terram non viderent de celo medietatem
 Et nos videmus quod id quod apparet de celo vniuersis hominibus qui
 implent superficiem terre est medietas eius absque aliqua diuersitate
 sensibili . Indicat igitur hoc quod superficiem terre non sit diuersitas
 sensibilis . Et similiter pars que est inter punctum terre medius et eius
 superficiem non est quantitas sensibilis erga quantitatem celi . neces-
 sario ergo accipitur quod sphaera terre sit sicut punctus erga sphaeram ce-
 li . Et in sequentibus etiam patefaciemus dum narrabimus quanti-
 tatem mensure stellarum quod minor stellarum de stellis celi fixis sci-
 licet que patent aspectui nostro sit maior terra . Et minor stellarum ce-
 li videtur vt punctus in celo : quanto magis corpus terre quod est mi-
 nus minori stellarum nullius sit quantitatis erga corpus celi . Jam
 ergo patet ex hoc quod diximus quod terra sit in medio mundi vt
 punctus celi : et aer circumdat eam ex omni parte . et celum circumdat
 aerem ad instar sphaere . et quod quantitas terre sit erga celum vt quanti-
 tas puncti erga circulum .

**Differentia quinta de duobus primis motibus celi quorum vnus
 est motus totius . alter vero stellarum quem videntur habere in orbe
 signorum .**

**¶ Noniam premisi modo narrationem figure celi et terre pro
 sequamur narrando quid nobis videatur de motibus celi .
 Dicamusque quod initia motuum qui videntur in celo sunt duo .
 quorum primus est quod mouet totum . et fit dies et nox . quia**



voluit solem & lunam & vniuersa sidera ab oriente in occidentem in vno quoque die ac nocte semel vno ordine & volubilitate: equalis velocitatis super duos axes fixos qui nominantur axes motus primi: quorum vnus est septentrionalis cuius commemorationem fecimus in precedentibus. & alter versus meridiem. Et necesse est vt stelle volubilitate huius motus ferantur in circulis in directo se inuicem positus. ex quibus circulis vocatur circulus magnus circulus equinoctij diei qui est circulus primi motus. quia diuidit spheram celi per medium. & longitudo eius ab vtriusque axibus est vnius quantitatis. Nominatur autem circulus equinoctij diei. quia sol cum transierit per eum equantur dies & nox in vniuersa terra: quemadmodum ostendemus in sequentibus.

Et motus secundus est qui videtur inesse soli & planetis ab occidente in orientem contra partem primi motus super duos axes alios exeuntes ab axibus primi motus: & nominatur circulus maior: cuius longitudo ab hijs axibus exeuntibus est vnius quantitatis qui est circulus motus secundi scilicet circulus signorum. & ipse est circulus quem describit sol per motum suum ab occidente in orientem qui diuiditur per duodecim partes que nominantur signa quorum nomina sunt Bries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo &cetera. Et vnusquodque signum diuiditur per triginta gradus. Eruntque vniuersitas circuli. 360. graduum & vnusquisque gradus diuiditur per. 60. minuta. Necesse est ergo vt abscindat circulus signorum circulum equinoctij diei super duos punctos sibi oppositos & declinet ab eo versus septentrionem vel meridiem vna quantitate. & punctus super quem transit sol a meridie ad septentrionem ab equinoctio diei nominatur punctus equinoctialis vernalis quod est initium signi arietis. & alter punctus super quem transit sol in meridiem a septentrione appellatur punctus equinoctialis autumnalis: quod est initium signi libe. fiuntque sex signa septentrionalia ab equinoctio diei que sunt ab initio signi arietis in finem virginis. Et sex signa meridiana que sunt ab initio libe in finem piscis. Et figuratur in celo Circulus tercius in latitudinem ductus a Septentrione in meridiem vadens super axes vtrorumque circuloz: nominaturque circulus descriptus vel lineatus super axes vtrorumque circuloz. Abscindensque vnumquodque istorum circuloz per equalia cum tran-

seat sol super suos polos circulum equinoctij videlicet diei & circulum signorum per medium vt patet ex Theodosio de speris. Si enim duo magni circuli secant se & vnus circulus magnus transeat per polos alterius tales duo circuli secabunt sese in punctis diametraliter oppositis. Cum autem hic circulus magnus transeat per vtriusque polos eorum secabit vtrunque in punctis maximarum declinationum. & necesse est vt abscindat circulum signorum super vtriusque punctos qui sunt in vltima declinatione & longitudo ab equinoctio diei versus septentrionem & meridiem: nominaturque punctus septentrionalis punctus solsticij estiuus. quia sol cum est in illo puncto describit solsticium estiuale quod est initium signi cancri. Meridianus vero nominatur punctus solsticij hyemalis qui est initium capricorni. & arcus idest pars circuli qui est inter lineam equinoctialem & punctum solsticiale huius circuli descripti super vtriusque axes qui est inter vtriusque punctos solsticiorum & equinoctium diei est quantitas declinationis circuli signorum ab equinoctio diei. Et est secundum quod inuenit Ptholomeus vigintiquatuor graduum. Probatione autem certissima qua probauit Almeon qui interpretatur securus vel pacificus siue fidelis: & conuenerunt in ea plures sapientum quod est vigintitrium graduum & trigintatrium minorum. Jamque patuit de hoc quod diximus quod planete erratici voluntur super axes circuli signorum ab Occidente in Orientem per motum suum proprium. Sed motus primus voluit eos ceteraque sidera ab oriente in occidentem quod est e contrario. & quod vterque axis equinoctij diei super quo fit volubilitas prima sint immobiles. Axes autem circuli signorum mouentur motu primo in circuitu axium equinoctij diei inseparabiles a locis suis a circulo descripto super axes vtrorumque circuloz.

Sequitur differentia sexta de esse vel forma quarte habitabilis de terra. & de summa eorum &c. vt infra.



Differentia sexta de esse vel forma quarte habitabilis de terra et summa eorum que accidunt in ea de reuolutione orbis et diuersitate noctis et diei.

Et quia auxiliante deo iam premisimus quod debuit premiti de vtriusque motibus celi. Nunc incipiamus commemorare loca terre habitabilia secundum quod nos nouimus et peruenit ad nos. et vniuersa que accidunt de volubilitate circuli et diuersitate noctis atque diei. dicamusque quia cum puncto sperae terre esset punctus sperae celi necesse fuit ut superficies circuli equinoctij diei diuideret speram terre per medium: essetque diuisionis planitiei terre circulus in directo circuli equinoctij diei positus: notaturque circulus equinoctialis. quia diuidit planitiam terre in duas medietates. quarum vna est versus axem septentrionalem et alia versus axem meridionalem. Inuenimusque loca terre habitabilia vel nota in medietate que est versus septentrionem. Et inuenimus id quod est inter initium locorum habitabilium versus orientem et inter finem eorum versus occidentem non excedere speram. 12. horarum volubilitatis circuli. Si enim rationabili consideratione cogitemus in planicie terre esse circum magnam abscindentem circum equinoctialem per medium super angulos sperales rectos abscindereque eum in vltimis locis habitabilibus orientis et occidentis necesse erit ut hij duo circuli abscendant planitiam terre per quattuor quartas. Eritque vna quartarum septentrionalis continens vniuersa loca habitabilia terre. Eritque longitudo eius ab oriente in occidentem dimidium circuli. 180. graduum. Et inueniemus latitudinem quarte habitabilis secundum quod nouimus inter circum equinoctialem et loca in quibus eleuatur axis septentrionalis super circum emisperij. 66. gradibus fere. Inueniemusque in loco hoc scilicet quarta habitabili circum emisperij et circum medie diei in omni climate.

Dicendumque de circulo emisperij quid sit. et circulus emisperij sit circulus qui diuidit id quod apparet de celo super terram ab eo quod occultatur de eo sub terra. Et eius axis est semper super zenith capitis. et est de circulis maioribus qui diuidit celum per medium. eo quod sperae terre erga speram celi non sit quantitas tegendi de celo aliquid sensibile. Circulus quoque medij diei vadit super axes equinoctij dierum et super punctum zenith Capitem vniuscuiusque regionis.

Eius vero axis est super circulum emisperij in loco equalitatis noctis atque diei. et diuidit ipse vtrasque abscissiones que sunt super terram et infra eam ex circulis. scilicet qui sunt in directo equinoctij diei positi vniuersi per medium. Vniuersa quoque que accidunt in locis terre habitabilibus narrantes incipiamus a circulo equinoctij qui est initium termini quarte habitabilis in latitudine versus meridies. Dicamusque quod volubilitas circuli equinoctij diei super vniuersos qui morantur sub ipso circulo sit super zenith capitis necessario: et erunt axes equinoctij diei ibidem inseparabiles a circulis emisperij: et propter hoc sit volubilitas circuli erecta super circulos emisperij non declinans ab eis: sitque declinatio solis a zenith capitis versus septentrionem et meridiem vnius quantitatis. sicutque ibidem hyems et estas equalis complexio: eruntque circuli emisperij abscindentes circulos in directo equinoctij diei positos per medium. quia vadunt per vniuersos circulos super axes equinoctij diei. eritque tempus quod est ab ortu solis ceterorumque siderum in occasu eorum equale tempore quod est ab occasu eorum in ortu eorum in vniuersis diebus anni. et erunt dies ac nox in his locis equales semper. Circulus autem equinoctij diei in vno quoque locorum declinantium a circulo equinoctiali versus septentrionem declinat ab zenith capitis versus meridiem et eleuatur axis septentrionalis super circum emisperij secundum quantitatem eiusdem declinationis. eritque per circuli in directo equinoctij diei positi cuius longitudo ab axe septentrionali est equalis altitudini axis super circum emisperij cum vniuersis sideribus que in ea sunt super terram semper. et similiter pars circuli que opponitur ei versus meridianam axem cum vniuersis sideribus que in ea sunt erit occulta semper. Circulus quoque emisperij diuidit de circulis in directo positis tantum circum equinoctij diei per medium. et reliqui diuiduntur a circulo emisperij per abscissiones diuersas. Eritque abscissio eorum circulorum que est super terram versus septentrionem a circulo equinoctij diei maior ea que fuerit sub terra. Quicquid vero fuerit ex his versus meridies a circulo equinoctij diei erit contra erit abscissio que fuerit super terram minor ea que fuerit sub terra. quia cum eleuatur axis septentrionalis super circum emisperij: et deprimatur axis meridianus eleuantur circuli septentrionales. apparetque plus medietate eorum. et quanto plus augetur altitudo axis in climate tanto plus augetur diuersitas harum abscissionum et multiplicantur diuersitates



diei hyemalis et estiuales. Item quicquid fuerit in vno climate ex his circulis in directo positus plus longitudine ab equinoctio diei et prope axem erit superfluitas magne abscissionis circuli plus abscissione minori in eo quod appropinquauerit circulo equinoctiali diei: fitque ex hoc quod diximus. quod cum fuerit sol in vtrisque punctis equinoctialibus: quod sunt initium arietis et libere equabuntur dies et noctes in vniuersa terra: quod motus solis ibi in eadem die erit in equinoctiali circulo. quem diuidunt circuli emisperij in duas medietates: et cum fuerit in signis septentrionalibus erit tempus diei prolixius tempore noctis: et quanto plus elongatus fuerit ab equinoctio diei versus septentrionem tanto magis augmentatur dies supra noctem: donec sit in vltima longitudine ab equinoctio diei id est initio cancri: eritque tunc impletio longitudinis diei et breuitas noctis. Cum ergo fuerit in signis meridionalibus erit econtrario hijs que diximus. erit enim dies breuior nocte et augetur breuitas eius donec sit in initio capricorni: eritque tunc expletio breuitatis diei et longitudinis noctis. Item duorum circulozum in directo positorum quorum longitudo ab equinoctio diei in duabus partibus diuersis fuerit vnius quantitatis abscissio alicuius eorum que fuerit super terram erit equalis abscissioni alterius que fuerit sub terra: et erit dies vnius eorum equalis nocti alterius: et nox eius equalis diei alterius. necessario ergo fit prolixior dies cum fuerit. scilicet sol initio cancri equalis prolixiori nocti cum fuerit initio capricorni. similiter erit nox cancri similis diei capricorni. Hec est igitur vniuersitas eorum que accidunt in vniuersis locis terre habitabilibus.

Differentia septima de proprietatibus diuisionum quarte terre habitabilis et commemoratione locorum super que eleuatur sol mensibus et non occidit et occidit mensibus et non oritur.

¶ Tunc vero narremus proprietates locorum habitabilium inter circulos equinoctialem et finem quarte partis terre habitabilis existentium. Dicamusque quod in locis habitabilibus existentibus inter circulos equinoctiales: et locum in quo eleuatur axis minus declinatione circuli signorum vadit sol super zenith caputem bis in anno. quia longitudo puncti zenith caputem ab equinoctio diei erit in eis minus declinatione initij cancri ab eo. Eruntque ex vtroque latere ab initio cancri duo loca quorum declinatio ab equinoctio diei erit vt

quantitas altitudinis axis. Cumque fuerit sol in vnoquoque istorum locorum vadit tunc super zenith caputem. Cum vero abierit per abscissionem septentrionalem que est inter vtraque loca circuli signorum vadit versus septentriones a zenith caputem. In locis autem in quibus fuerit altitudo axis equalis declinationi circuli signorum vadit sol super zenith caputem semel in anno. et hoc est cum fuerit sol initio cancri. Porro cetera loca in quibus eleuatur axis plus declinatione circuli signorum: non vadit in eis super zenith caputem in sempiternum: sed vadit versus meridiem. et quanto plus aucta fuerit altitudo axis tanto magis deprimatur motus solis a zenith caputem versus meridiem: et elongabitur ortus estiuales ab ortu hiemali et augmentatur dies eius super diem illius donec pueniant ad loca in quibus eleuatur axis super circulo emisperij per quantitatem longitudinis caputem cancri ab axe que est. 66. graduum et quarte et sexte partis vnius gradus. eritque ibidem longitudo zenith caputem ab axe equinoctij diei similis longitudini axis circuli signorum ab eo. Eruntque axis circuli signorum in volubilitate sua vadens super zenith caputem. et erit motus initij cancri tantum apparens super terram semper. Cumque fuerit sol initio cancri erit dies. 24. horarum: et nulla nox erit in eo. et cum fuerit initio capricorni erit sicut nox. 24. horarum et nulla dies erit in ea. Accidit quoque in hijs locis dum fuerit axis circuli signorum in directo zenith caputem quod circulus signorum tunc flectitur super circulum emisperij: eritque initium arietis in oriente et libere in occidente. Initium quoque cancri in emisperio septentrionali et capricorni emisperio meridiano cum recesserit axis circuli signorum a zenith caputem abscindunt se circulus signorum et circulus emisperij per medium. eleuaturque medietas circuli signorum orientalis et deprimatur occidentalis. Oruntque sex signa repente non in tempore ab initio capricorni vsque in finem geminorum: et similiter occidunt sex signa residua repente. Si autem voluerit aliquis scire esse locorum loca hec succedentium vsque in perfectionem quarte partis terre habitabilis sciet proprietatem locorum in quibus sit altitudo axis super circulum emisperij plus longitudine motus cancri ab axe: et ibidem sit abscissio que est ab vtroque latere initij cancri: cuius declinatio ab equinoctio diei versus septentriones est plus declinatione axis a zenith caputem apparet super terram semper. et similiter huic abscissio opposita versus capricornum erit occulta semper. et ideo erit longitudo vnius diei tantum ex diebus estatis ipsius tempus in quo abscindit sol per



motus suū in circulo signorū ipsas partes apparētes ex eo sup terras
Et similiter longitudo vni⁹ noctis tantū ex noctibus hyemis erit eius
dem quātītatis. Ex his itaq; locis loca in quibus eleuat axis sup cir/
culuz emisperij. 67. g. et quarta pte vnius. g. erit ibidem. Illud quod
est inter mediū geminorū et mediū cancri apparens sup terrā semp. et
quod est inter mediū sagittarij et mediū capricorni occultū semp. et iō
fit quātītatis vnius mensis estatis tota carens nocte: et vnius mensis bi
emis nox tota carens die. cruntq; dies et noctes decem mensū anni re
siduorū et. 14. horaz. Ubi vō fuerit altitudo axis. 69. graduū et di/
midij et quarte vnius gradus. ibidem erit motus horū duoz circuloz
geminorū. s. et cancri apparēs. s. sup terram: et motus sagittarij et capi/
corni occultus semp. et similiter erit quātītatis duoz mensū estatis dies
tota. Quantitas quoq; duoz mensū hyemis nox tota. Item vbi ele/
uatur axis. 73. gradibus ac dimidio vnius gradus ibidem erit quod ē
a medio thauri ad mediū leonis apparens semp et huic opposito ver/
sus capricornū occultus semp. eritq; quātītatis triū mensū estatis dies
tota et triū mensū hyemis nox tota. Rursus vbi eleuat axis. 78.
gradib⁹ et dimidio vnius ibidem erit motus tauri et geminorū cancri
atq; leonis apparēs sup terram semp. et signa his opposita semp erūt
occulta: eruntq; quattuor menses estatis dies absq; nocte: et. 4. mēses
hiemis nox absq; die. Item vbi eleuatur axis. 84. gradibus ibidez
ē qd ē inter mediū arietis et mediū vginis apparēs semp: et ei⁹ oppo/
sitū occultū sp. Erūtq; qnq; mēses estatis dies absq; nocte. et qnq; mē
ses hiemis nox absq; die. Accidit quoq; in hijs quozū visio precedit b
volubilitate circuli signoz qd cū fuerit axis circuli signoz i circulo medij
diei vsus meridiē erit iniciuz arietis i oriēte et iniciū libe in occidente
Eruntq; signa septētrionalia appentia sup terras et meridiana occulta
et erit ordo signoz tūc sup terrā ab oriēte in occidentē ecōtrario huic
huic qd appet in locis habitabilib⁹ ibidē enī orif illud c⁹ est orif de cir/
culo signorū in capricornū et cancrū vsuz. orif enī thaurus ante arie/
tem: et aries ante piscem: et piscis ante aquariū: et similiter signa his op
posita occidunt versa. In loco autē vno in quo eleuat axis. 90. gradi/
bus. sitq; sup zenith capitis ibidem circulus equinoctij diei flectif sup
circuluz emisperij semp: sitq; rotatus circuli vt rotatus molendini in
directo. s. circuli emisperij. eritq; medietas celi septentrionalis super
terram appa

terram apparens semp et medietas meridiana occulta semp. Et ideo
cum fuerit sol in signis septentrionalibus erit ortus rotatusq; in circu/
lo emisperij. et erit maxima eius altitudo a circulo emisperij. vt quanti
tas eius ab equinoctio diei. et cum fuerit in signis meridianis erit oc/
cultus semper. eritq; annus totus ibidez vna dies. erit. s. dies eius sex
mensū et nox sex mensium semper.

Distinctio octaua de mensura terre et
diuisione climatū que habitatur de ea.

Est quaz patefecimus esse locorū terre habitabilūz cōme/
morem mensuraz superficiē vniuerse terre. et narremus
esse climatū eius habitabilū in longitudine et latitudine eo
rū sup q diuisa sunt ex motu circuli et mēsurā superficiē ter
re. Dicimusq; q iam patefecimus in pcedentibus q punctus spere ter
re est vt punctus celi. et ideo necesse est vt rotunditas eius sit in directo
rotunditatis celi. Cumq; abieris a terra versus meridiem ad septētri/
onez super lineaz medij diei augebitur altitudo axis septentrionalis a
circulo emisperij et minuetur ex eo fm quantitātē ambulationis ipsius
in terram. Inuenimus igitur per hoc q portio vnius. g. circuli ex rotū
ditate terre sit. 56. milliariū et duaz terciarū vnius milliarij per millia
riuz quod est. 4000. cubitoz per. g. equales fm q sollicite probatū est
in diebus Almehon. et cōuenerūt super probatōem eius sapiētes plu
res numero. Cum ergo multiplicaueris portionē vnius gradus in ro/
tunditate in summā circuli quod est. 360. graduū crit quod collectū fu
erit ex hoc rotūditas terre que sunt. 20400. milliaria. et cum diuisa fu
erit rotunditas terre per terciā et septimā ptem vnius terciē erit quod
collectuz fuerit quātītatis dyametri terre que sunt. 6. millia et quingēta
milliaria fere videlz. 6491. milliaria. Rursum si multiplicetur dyame
ter in rotunditatez erit vniuersuz quod collectum fuerit ex hoc fractio
mēsure supficiē terre q sunt. 132. millia milliū et sexcenta millia millia
riorum fere videlz. 132415364. pro quātītate qua mēsuratur milliari/
um in milliario idest per mensurā quandaz habentē in vnoquoq; latef
milliariū vnuz. Erūtq; mensura vniuersitatis quarte partis terre ha/
bitabilis mensurata p huius mēsuram trigintatria millia milliuz et cē/
tum qnq; millia milliarioz fere. Inuenimus quoq; latitudinē loci hu⁹
quarte habitabilis fm q tetigimus et peruenit tumor eius ad nos. In/
b u



ter circulus equinoctialis. s. et locus in quo eleuat axis sup circulus emisperij p quantitatem longitudinis capitis cancri ab axe que est. 66. graduum et quarte ac sexte partis unius partis. Erigitur hoc p miliaria. 3764. fere miliariorum. Longitudo vero est spatium. 12. horarum b motu circuli et erit p miliaria de eis que succedunt circulo equinoctiali quantitas dimidij orbis que sunt. 10200. miliariorum. versus autem septentrionem longitudo minuitur quia augmetantur ibidem diuisiones spheræ. erigitur quantitas duarum partium orbis fere que est. 4080. miliariorum diuisa que sunt loca habent quarte habitabilis culta p. 7. diuisiones que sunt. 7. climata quorum primi medietas vadit sup loca in quibus longitudo maioris diei est horarum. 13. Et medietas septimi vadit sup loca in quibus longitudo diei maioris est. 16. horarum. quia quicquid transierit terminum primi climatis versus meridiem magis ac magis tegitur a mari et eius habitatio rara est. In eo quoque quod transit clima septimum versus septentrionem pauca sunt ciuitates que a nobis noscantur. Constitutaque est longitudo vniuersorum climatum ab oriente in occidentem quod est spatium. 12. horarum ex motu circuli. et pars que longitudo eorum augmetatur p medietatem vnius hore diei plixioris. Medietas itaque primi climatis vadit sup loca quorum longioris diei longitudo est. 13. horarum et eleuat axis in eis sup circulum emisperij. 16. gradibus et duabus tertijs vnius. et incipit habere climatam est vbi sit longitudo diei plixioris. 12. horarum et dimidie ac quarte partis vnius hore. et altitudo axis est. 12. graduum et dimidium et 4. vnius gradus quod est spatium. 440. miliariorum. Et medietas climatis secundi est vbi longitudo diei est. 13. horarum et dimidia et altitudo axis est. 24. graduum et 4. partis vnius gradus. latitudo vero eius est ex termino primi climatis vsque ad locum vbi sit longitudo plixioris diei. 13. horarum et dimidie et quarte vnius hore et altitudo axis est. 27. graduum et dimidij vnius gradus quod est spatium 400. miliariorum. Et medietas climatis tertijs est vbi sit longitudo diei plixioris. 14. horarum et altitudo axis est. 30. graduum et dimidij ac quarte vnius gradus. latitudo vero eius est ex termino secundi climatis vsque vbi erit longitudo diei plixioris. 14. horarum et 4. vnius. et altitudo axis est. 33. gradus. et duarum tertijs vnius gradus. quod est spatium. 350. miliariorum. Et medietas quarti climatis est vbi sit longitudo diei plixioris. 14. horarum et dimidie. et altitudo axis est 36. gradus. et duarum partium vnius gradus. latitudo vero eius est ex termino climatis tertijs vsque vbi sit longitudo diei plixioris. 14. horarum et dimidie ac quarte vnius. Altitudoque axis est. 39. gradus. quod spatium est. 300. miliariorum. Quinti

climatis est medietas vbi sit longitudo diei plixioris. 15. horarum. et altitudo axis est. 41. gradus. et tertia vnius. et eius latitudo est ex termino quarti climatis vsque vbi sit longitudo diei plixioris. 15. horarum et 4. vnius. et altitudo axis est. 43. gradus. et dimidij quod est spatium. 255. Sexti climatis est medietas vbi sit dies plixioris. 15. horarum et dimidia et altitudo axis est. 45. gradus. et duarum partium vnius. Latitudo vero eius est ex termino climatis quinti vsque vbi sit longitudo diei plixioris. 15. horarum et dimidie ac 4. vnius hore. et altitudo axis est 47. gradus. et quarte vnius. et est spatium. 212. miliariorum. Septimi quoque climatis medietas est vbi sit longitudo diei plixioris. 16. horarum et altitudo axis est 48. gradus. et duarum tertijs vnius. latitudo vero eius est ex termino sexti climatis vsque vbi sit longitudo diei plixioris. 16. et quarte vnius. et altitudo axis est. 50. gradus. et dimidij quod est spatium. 185. miliariorum. Fit itaque diuersitas que est inter incipit terminum climatis et finem eorum trium horarum et dimidij vnius hore. et ex altitudine axis. 38. gradus. Et vniuersum spatium rotunditatis terre est. 20400. miliariorum.

Differentia nona de nominibus ciuitatum et regionum notarum in terra et que earum sit in vnoquoque climate.

h Sic quoque narremus nomina regionum et ciuitatum notarum in omni climate. Incipiamusque ex parte orientis. sed prius exponamus interpretationem longitudinis regionum et latitudinis earum. Dicamusque quod longitudo vniuscuiusque ciuitatis sit longitudo eius ab incipit quarte habitabilis versus orientem vel occidentem. et est secundum quantitatem que est inter medietatem diei eiusdem ciuitatis et circulus medietatem diei incipit quarte habitabilis de volubilitate equinoctij diei. Latitudo vero eius est longitudo ciuitatis a circulo equinoctiali. et est secundum quantitatem altitudinis axis a circulo emisperij. Lima enim primam incipit ab oriente ex finibus regionum Atin et Estatilah que est sublimitas Atin. Deinde sup littora maris in meridiana parte regionis indie. postea vadit per regiones Atin. postea vadit in mare post insulam Arabum et abscindit mare vsque in insulam Arabum et terram arabum in Altiuum. Erigitur in ea ex ciuitatibus notis ciuitas Thaphar et Abomen et Adramath et hadien et sanuab et Alaz et fons et medie et cubelach et Habra et Saba Deinde abscindit clima mare altituum idest mare rubrum et vadit in regiones ethiopyum et abscindit visum egypti. et est in eo ibidem ciuitas regni Ethiopyum et noiatur Ermal et Hyatala ciuitas Amubach. Post hoc



vadit clima in terram occidentis sup meridianā plagam regiōis Barbarorū vsq; dum puenit ad mare occidentis. Et secunduz clima incipit ab oriente et vadit in regiones Atin. post hoc vadit sup regiones Indie. Deinde per regiōes Atin et est in eo ciuitas Almanfaca idest Adamata et Aliabron et Alcabil. Post hoc vadit p medietatez maris viridis et per mare Albasrab et incidit insulaz Arabum in terra Aelo et terra Ahenia. et sunt in eo ibidez ex ciuitatibus Abememach que interpretatur cultura et Abaram idest duo maria et Beger et Hamardina que ē pphē ciuitas saracenorū et Aliar et Aentha et Atanis et Beda. Postea abscindit mare altulū idest mare rubruz et vadit per Saith q̄ est quedaz regio Egipti. abscinditq; Niluz. et est in eo ibidez ex ciuitatibus ciuitas Caosuria et Ahatim et Azebei et Bamsane et Amfren. Post hoc vadit in terrā occidentis sup mediū regiōis Affrice. deinde super regiones Barbarorū et puenit ad mare occidentis. Tercium clima incipit ab oriente et vadit supra sinistrā regiōē Atin. deīn super regiones Indie: et est in eo ciuitas Halmichar. deīn sup sinistrā regiōē Atin. postea sup regiōes chebal et Larmen et Sebasten et Alexandria et Almachinodia et Seraphan. postea sup littoza maris Albasta et sunt in eo ibidem ex ciuitatibus ciuitates Astatar et Ycor et Sambor et Sirem Astiref et Hobere et Sizenber et Aharobien et vadit p Cor Alanez et Alabirat. et est in eo Albasia et Aharizeih. et Ager et Alcu fa et Almib et zeit. postea vadit sup regiōes affem. i. Iherosolimitanorū regiōes. et in eo ibidez ex ciuitatib⁹ Hahy et solima et benith et Bamauscus et Sur et Acat et Azabaria et Zesaria et arzusa et beit et almaedis. i. dom⁹ sc̄tificatōis siue dom⁹ sc̄tificata q̄ est Iherlez et Alchalena et Aza et madian et alcusuz. Postea abscidit infiora tre Egipti suntq; i eo ibidē alfermlia et huma et fizatat egipti et alsayon et alexadria. postea vadit sup regiōes archa. deīn sup regiones affrice. et in eo ciuitas achenden. i. cirenen et puēit ad mare regionū occidentū. Quartū clima incipit in regiōibus orientis et vadit p regiōes albehir deīn sup Loratē. erūt in eo ex ciuitatib⁹ fragana et iahida et geratan et balchi et bo cara et araa et damilia et maī zebel et assair assaraū et cariz et vss ambor et iurgem et comitū et cataptasten et casuz et adeiraz et aeamrei et hispaen et hamdere et tueūt deultio et aderaoz et baluce et sabrube et saramoze et almozol et corā amoo et rasacabam caput fontis et calitale et stima fat et anan et aretab et char thiez.

